Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

castitas obseruari · si ad est eis stulticia · pro
pter quod aliis omnib; sensib; peccant; nam
& aspiciunt indecenter · & rident inordinate.
Dixit iterum qui supra · quia sicut uenenosa animalia acriora medicamina a se expellunt · ita cogitationes sordidas ieiunium cum oratione expellent ab anima.
Iterum dixit / Non te seducant diuitum sedi huius delitiae · tanquam aliquid utile habentes in se · Et enim illi delectationis causa artem diuerso modo condiendi cibos honorant · Tu autem ieiunio & abiectione ciborum abundantiam deliciarum illorum supergredere · & non sacieris pane · nec desideres uinum.
Dixit abbas sisoy · quia peregrinatio nra est ut teneat homo os suum quia sicut leo tribulis est onagris · sic monachus probatus cogitationib; concupiscentiae.
Dixit iterum / ieiunium est frenum monachi aduersus peccatum / Qui autem abicit ieiunium · uelut equus feruens desiderio feminae reperitur.
Dixit iterum / Siccatum ieiunio corpus mo